

*Vorschläge des Klerus, die NvK auf der Brixner Diözesansynode vorgelegt werden. Zur Korrektur der Mess- und Stundenbücher solle NvK gelehrt Männer beauftragen, die bei der Prüfung auch auf regionale Gewohnheiten achten sollen. Die korrigierten Exemplare sollen zunächst den Kleruskapiteln vorgelegt werden. Jeder Pfarrer soll nur ein Exemplar zur Korrektur einreichen und die anderen Kopien seiner Pfarrei hiernach korrigieren. Die Kosten der Korrektur des ersten Exemplars sollen die Kirchpröpste begleichen, die restlichen Kosten sollen die Pfarrer tragen. Die Verfügungen des NvK zur Abhaltung der Kleruskapitel werden gebilligt.*

*Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, UB, Cod. 68 f. 168r. Zur Hs. s.o. Nr. 5217. Nr. 5220 gehört jedoch nicht mehr zum Synodalprotokoll und stammt nicht von der Hand des Paulus Helmslager.*

*Druck: Bickell, Synodi Brixinenses 166.*

*Erw.: Hürten, Akten zur Reform 11 (mit Datum 1455).*

Articuli correcti per clerum in synodo reverendissimo domino cardinali, celebrata in aula episcopali Brixinensi, 1457 Floriani martyris.

Primo videtur dominis super correctione librorum, quod subito fieri non possit, sed tamen quod diligenter de fiendo conatur modo subscripto, salva correctione domini nostri reverendissimi. 20

Item, quod dominus noster reverendissimus deputet literatos viros et expertos ad faciendum breviarium per totam diocesim tam in missis quam horis canonis generaliter servandum, salva cuiuscumque collegii et chori speciali consuetudine et rubrica, per quem breviarium levius ad correctionem librorum et eciam, an misse recte celebrare valeant; quodque quilibet plebanus infra tempus breviarium recipere teneatur. 25

Item consequenter videtur, quod libri correcti ponantur ad loca servandorum capitulorum<sup>1)</sup>, et quod primo capitulo quilibet plebanorum recipiat canonem ex huiusmodi libro correctum secum deferendo, canonem in omni missali sue ecclesie secundum hoc pariter corrigendum.

Item videtur insuper, quod quilibet plebanorum unum ex suis libris in loco prescripto infra certi temporis spaciū corrigendum mittat, quodque corrigatur; et satisfiat correctori ad arbitrium, si alias non 30 possint concordari.

Item videtur, quod demum quilibet plebanus secundum correctum librum diligenciam faciat de corrigendis aliis per se vel socios aut capellanos de anno in annum, secundum quod in capitulo per presidentem fuerit sibi nunciatum; ita quod omnes successive sic corrigantur; vel saltem, si penitus secundum ordinem corrigi non possint, fieret saltem tabula, que designaret, ut sic secundum breviarium 35 et canonem correctum salubrius possit celebrari.

Item et, quod ex nunc precipiatur, quod novi libri, nisi per certos deputati et correcti, non emanentur.<sup>2)</sup>

Item avisatum est, quod de correctione primorum librorum vitrici<sup>3)</sup> ecclesiarum ad dictamen vicarii Brixinensis satisfaciant; sed de aliis in dotibus ecclesiarum corrigendis fiat diligencia, ut supra, per plebanos, et de salario inter vitricos et plebanos ac rectores ecclesiarum vicarius Brixinensis arbitretur.<sup>4)</sup> 40

Item etiam dictum est, quod ex preventis et mulctis et penitenciis pecuniaribus, que sepe possunt imponi, vicarius Brixinensis etiam subveniat ad opus correctionis in ecclesiis, ubi talia provenirent, ita quod in hoc mutuo simul concurrent modo prescripto.<sup>5)</sup>

#### De capitulis vero servandis

Omnibus placuit ita, quod dominus noster reverendissimus ad presidentiam<sup>6)</sup> cuiuslibet mittat vel 45 deputet, qui auctoritate ordinaria fungatur, et pro expeditione causarum, si que sumarie expedire et dissensionem tollere valeant inter plebanos et subditos et alias, secundum quod videretur pro temporis spacio, tam causarum quam personarum qualitate.

Item fuit insuper per reverendissimum dominum cardinalem decretum, quod tria celebrantur capita, videlicet in valle Norica unum altera post Bartholomei (25. August) et unum in valle Enica tercia post 50 Bartholomei (27. August) et unum in Intica feria quarta post dominicam „Quasi modo geniti“ in valle Pustrissa<sup>7)</sup>; ad quod capitulum eciam veniant omnes plebani, qui solent venire ad anniversarium comitum

<sup>37</sup> et<sup>1</sup>: ü.d.Z. <sup>38</sup> vitrici: em. victrici. <sup>40</sup> vitricos: em. victrices. <sup>48</sup> qualitate: em. qualitatum.

Goricie<sup>8)</sup> etc., eciam plebanus in Taufers, plebanus in Aurea Valle, plebanus in Marubio et plebanus in Entholcz.<sup>9)</sup>

---

<sup>1)</sup> *D.h. zu den Kleruskapiteln, die in Brixen, Innichen und Wilten stattfinden sollten; s.o. Nr. 5217 Z. 31-57.*

<sup>2)</sup> *S.o. Nr. 5217 Z. 78-80.*

<sup>3)</sup> *Kirchpröpste; s.o. Nr. 4118 Anm. 4.*

<sup>4)</sup> *Den Lohn für die Korrektur eines Meßbuches hatte NvK 1455 auf 12 lb. festgesetzt, die von den Kirchpröpsten aus dem Vermögen der Kirchenfabrik zu zahlen seien; s.o. Nr. 4603 Z. 24-26. Der Vorschlag des Klerus zieltete darauf ab, die Belastungen der Kirchenfabrik einzuschränken und die Pfarrer stärker in die Pflicht zu nehmen.*

<sup>5)</sup> *D.h. eine Aufteilung der Strafgelder zwischen Kirchpröpsten und Pfarrern nach dem Modell der Kostenteilung für die Korrektur der Messbücher.*

<sup>6)</sup> *Zu den Vorsitzenden der Kleruskapitel s.o. Nr. 5217 Anm. 15, 23, 27.*

<sup>7)</sup> *Vgl. oben Nr. 5217 Z. 31-56 mit leicht abweichenden Terminen für die Kleruskapitel in Brixen und Wilten.*

<sup>8)</sup> *Über dieses Anniversar der Grafen von Görz ist bislang nichts bekannt.*

<sup>9)</sup> *Die Pfarreien Taufers, Abrntal, Enneberg und Antholz.*